



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

51. Contraria repugnantia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*Anteced. locus an ab alijs sciuntur*

quod ortum est, habuit fontem unde o-  
ficeretur, id est, factorem aliquem, sentientem,  
providum, peritumque faciendi. Item,  
Quod semper fuit, semper esse non deficit,  
& unde absuit principium, abessi hinc etiam  
finem necesse est. Materia si facta non est ne  
sciri ex ea quicquam potest, si sciri ex ea non  
potest, nec materia quidem erit. Materia e-  
pia est, ex qua aliquid fit. Dices hunc locum  
minime videri ab alijs sciendum, cum  
presertim instar spiritus, & sanguinis perme-  
at vniuersos. Ita res quidem se haberet, si res ip-  
se spectentur, at vero si necessitas consecutio-  
nis, qua sola considerari debet, in iudicium,  
disceptationemq; veniat, peculialem ordinem  
coſtituit. Minus quidem apparet in ijs exem-  
plis, quæ cauſæ sunt, & effecta, ut si Sol lu-  
ceret, dies est, posset & illud quoq; exemplum  
ad locum cauſarum referri. At si dicam vir  
est, igitur & puer fuit aliquando, facilius haec  
inferendivm ex altero perspicueret necessi-  
tas. Locus hic, ut patet, ad subtiliter aliquid  
colligendum magis, quam ad aleandom ora-  
tionis fecunditatem facit. At vero adiuncta  
locos amplificationem eximios suggerunt,  
quod licet paſſum intruerit: vel hic unus spe-  
cetur magni Senecæ locus, quo auaritiam de-  
scriptit ex adiunctis.

*Senec. l. 7.  
de benef.  
c. 10.*

Quid agis auaritia? quo rerum charitate  
aurum rūm vīctum est? Omnia ista, quæ re-  
tuli, in maiore honore, pretioque sunt. Nec  
volo tuas opes recognoscere, laminas vtriusque  
matericæ, ad quas cupiditas nostra cali-  
gar. Deinde; Video istic diplomata, & Syngra-  
phas, & cautiones, vacu habendi simulachra,  
mbras quædam auaritie laborantis, per quas  
decipient animum, inanum opiniones gau-  
dcentem. Quid enim ista sint? quid frenus, &  
Kalendarium, nisi humana cupiditatis extra  
naturam quæsita nomina? Quid sint istæ tabu-  
lae, quid computationes, & venale tempus, &  
sanguinolenta centesimæ?

*Histor. Pla.  
l. 3. c. 6.*

Quid aliud habent, quam adiuncta, tot de-  
scriptiones corporum, ut camporum, fontium,  
fluviorum, arborum, metallorum, & cetera.  
Malus punica sic describitur ex adiunctis.  
Punica malus arbor est, haud adeo procta,  
folio angusto, nitidiq; viroris, oleo, aut myrti  
æmullo, crassissimo, rubris intercursantibus  
venulis, è rubro pediculo pédulo. Rami mul-  
ti flexiles, spinosæ: flores punicei, oblongi, ca-  
lathi modò patuli, ore stellatum dissecto, è  
quo folia emerunt tenuia, colore coccineo a-

grestis papaveris emula, cum granulis quibus  
dam, medijs capillamentis appensis, ut in roſa,  
Fructus, pomum est corio, & membrana rectum  
extra rufelcente, intra flavescente, innumeris  
granis fattum, angulosus, rubentibus, vinoſo  
ſucco referens officulis in eis latenteribus, que  
grana incurvatis flavis, tenuibusq; mem-  
branis, miro naturæ artificio distinguuntur.

### Contraria repugnantia.

#### CAPVT LI.

*Vide Aris.  
in categor.  
c. 3 Cic. in  
top. sect. 47.  
Dignitas  
huius loci  
ostenditur  
illustri exē-  
pla.*

Amphitheatrum quoddam est hic locus,  
in quo pugnant, & collidentur inter  
se argumentorum robora gratis perspiciun-  
tur, & melius. Siquidem contraria contrarijs  
opposita magis eluceſcent. Quantam maiesta-  
tem habeat haec argumenti ratio, patefaciam  
hoc exemplo. Si dicam Christianos pudicos  
esse, continentes, moderatos, patientes, iustos,  
simplices, parum habet ornatus oratio. At si  
contentionem instituam, & Ethnicorum (vel  
apud suos optimorum) vitijs oppositis Chri-  
stianas virtutes ostendam, longè clarius, &  
suavius emicabunt.

*Tertull. in  
apolo. l. 47.  
excide-*

Hoc præstat argumento à contrarijs Ter-  
tullianus. Ceterum, si de pudicitia prouoce-  
mur, legi partem sententia Attica in Socrati-  
corruptorem adolescentium pronun-  
tiantem. Christianus uxori ſuæ ſoli masculus  
nascitur, Democritus excæcando ſemetip-  
sum, quod mulieres sine concupiſcentia  
aspicere non posset, & doleret, si non  
eſſet poitus, incontinentiam emenda-  
tione profitetur. At Christianus ſaluis oculis  
ſemina videt, animo aduersus libidinem  
cœcus eſt. Si de probitate deſeuadam, ecce  
Iutulensis pedibus Diogenes superbos Pla-  
tonis thores, alia superbia deculcat: Christianus,  
nec in pauperem superbis. Si de mo-  
deltia certem, ecce Pythagoras apud Thuri-  
os, Zenon apud Priennenses tyrannidem  
affectant, Christianus vero, nec ciuitatem.  
Si de æquanimitate congregiar, Ly-  
cagus ἀνομητίκου optauit, quod leges  
eius Lacones emendarent: Christianus e-  
tiam daminatus gratias agit. Si de fide com-  
parem. Anaxagoras depositum hostibus denegauit, Christianus etiam extra fideliſ vocatur.  
Si de simplicitate conſistam, Aristoteles  
familiarem ſuum Hermiam turpiter loco

Excidere fecit Christianus, nec inimicum suum lredit. Idem Aristoteles, tam tupiter Alexandro regendo potius adulatur, quam Plato a Dionysio ventris gratia vendicatur: Aristippus in purpura sub magna grauitatis specie nepotatur, & Hippias dum ciuitati insidias disponit, occiditur. Hoc pro suis omni atrocitate dissipatis, nemo unquam tentauit Christianus. Haec, ut vides, oratio, quæ tam grandis assurgit, fulcitur loco a contrarijs, cuius vis magna est, & amoenitas pergrata. Solent autem haec contraria in quatuor partiri genera, Aduersa, Priuanta, Affecta ad aliud, & Contradicentia. Aduersa sunt, quæ sub eodem genere posita plurimum differunt, ut virtus, & virtutum. Conveniunt enim in genere qualitatibus. Ille-  
cet alioqui quam maximè discrepant. Talia sunt ista: Ex hac parte pudor pugnat, illic pe-  
tulantia; Hinc pudicitia, illinc stuprum; Hinc  
fides, illinc fraudatio; Hinc pietas, illinc sce-  
lus; Hinc constantia, illinc furor; Hinc hone-  
stas, illinc turpitudo; Hinc continentia, illinc  
libido.

Vsus huius loci est, vel in amplificanda, ut si sobrietatis honestas & decus ex descrip-  
tione ebrietatis subiiciatur oculis, & dicas,  
sobrietatis eam esse pulchritudinem, quæ  
satis corporis oculis videri nequeat, eam  
melius ex opposito ebrietatis virtu intelligi.  
Deinde stultitia, & foeditas ebriorum exag-  
geretur his verbis, Sedentes in foribus taber-  
narum homines, tunicae non habentes, nec  
sumptum sequentis dico, de Imperatoribus,  
& Potestatibus iudicant, imo regnare sibi vi-  
dentur, & exercitibus imperare. Fiunt ebrie-  
tate diuites, qui sunt in veritate inopes. Au-  
rum donant, dispensant pecunias populis,  
civitatis adificant, qui non habent vnae cau-  
niponit sui pretium solvant. Feruer enim vi-  
num in his, & nesciunt quid loquuntur: diui-  
tes sunt, inebriantur: mox vbi vinum digess-  
erint, cernunt se esse mendicos. Vno die bi-  
bunt multorum dierum labores, de ebrietate  
ad anima consurgunt, calicibus tela succedunt,  
pro vino sanguis effunditur, & ipsum sanguinem  
vina fuderunt. Quam fortes sibi viden-  
tur homines in vino, quam diserti, quam eti-  
am pulchri, ac decori, cum state non possint?  
Mens titubat, lingua bulbitur, pallor exas-  
guis ora suffudit, fœtor ebrietatis horro fit,  
Barbari in ferrum ruunt, vulgus in rixas, &

cetera, de quibus alibi plenius. His com-  
memoratis, ponantur sobrietatis contrarie  
virtutes, tranquillitas mentis, lumen ingenii,  
vis prudenter, honestas, affabilitasque sermo-  
nis, studium sapientiae, in rebus gerendis in-  
dustria, in sumptibus faciendis moderatio,  
&cæt. Ita ornatissimæ sient amplificationes.  
Alias vñs contrariorum est ad probabilita-  
tem, strictèque, & limite colligit argumentum  
duobus præsertim modis. Ab affirmatio-  
ne ad negationem, & à negatione ad affirmatio-  
nem. Ab affirmatione, ut cum uno affirmat  
to negatur alterum, sic Martialis:

Ebrius es, nec enim saceres hac sobrium vñs  
quam.

Sapiens est, igitur minimè stylus. Hoc ne-  
cessariò concludit. Alter à negatione ad af-  
firmationem non valet, nisi ea sint contraria,  
quæ nihil intermedium habeant, ut si verum  
est Syri axioma: Mulierem, aut amare secu-  
per, aut odisse, nihil esse tertium: hene celi-  
get, qui sic argumentabitur. Mulier non a-  
mat, igitur odet necesse est. Contra titubac-  
istud, non est albus, igitur est niger.

Priuanta sunt habitus, & eius priuatio-  
nes, ut mors, vita, lux, tenebra, visus, cœci-  
tas. Differunt ab aduersis, quod priuationes  
nihil ponunt in re, sed solam contrarij ab-  
sentiam indicant, ut mors, vita: tenebra, lu-  
cis: cæteroqui ista nihil sunt. Deinde aduersa  
sibi inuicem succedere possunt, ut calor  
frigori, & frigus calori. At priuanta (nisi  
modo potentia non actus sit priuatio) hoc  
minimè possunt. Cæteroqui habet illud cum  
cæteris commune, ut ipsis idem conueni-  
re non possit, & se ex eodem subiecto ex-  
pellant etiam validius, quam aduersa, que  
in temperato gradu sibi inuicem concilia-  
ti possunt. Tandem porro amplificationis  
naturam, ac superiora suggerunt. Nam V. G. D. Aug'ius  
vita miserias hæc oratione patet facit magnus Iacob. que  
docto. Vita haec est vita dubia, vita cœca, est vñsancta  
vita aruanosa, quam humores tumidant, stra-  
doles extenuant, ardores exsiccant, aer  
morbida, esce inflant, ieunia macerant, ioci  
dissoluunt, tristitia consumunt, sollicitudo  
coarstat, securitas hebetat, diuitia iactitanz,  
paupertas deiicit, iuventus extollit, senectus  
incurnat, infirmitas frangit, mœror  
deprimit, & post hæc omnia mons intermixit.  
Ostendit, contraria morti conuenire, que nos  
hunc miserijs, & molestijs expediatur. Hæc  
D. Aug'

Cicer. in

Catil. n. 25.

D. Amb. de

Eliac. c. 12.

D. Augustinus subtilis in inueniendo, in disponendo prudens, in elocutione minus sepe latinus. Sic qui excitatis tranquillitatem, & commoda memorat, Petarcha Dialog. 96. Diuersa videndi facultati conuenire aſteue-

natis ergo oblatum, quem nemo voluit requiſitum; qui puto iam non metuit ideo pœnam, quia nocens est, sed quia non requirendus, inuentus. Et Lactantius eodem ferme telo ferit Stoicos, cùm eos ostendit Deum facere præfantissimam naturam, candemque vilissimam, si Deus est mundus (inquit) ut lentiunt, quod eius præstantem naturam magis commendent, & partes eius vriue immortales sunt. Ergo & homo Deus est, quia pars est (ut dicitis) mundi, si homo, ergo iumenta, & pecudes, & cætera genera bestiarum, & avium, & piscium, quoniam & illa eodem modo sentiunt, & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est, nam & hæc colunt Aegyptii, sed res eò peruenit, ut ranæ, & culices, & formicæ, Dij esse videantur, quia & ipsi inest sensus, & partes mundi sunt. Hoc genus argumenti ad refellendos, conuincendosque aduersarios potentissimum. Restat ut de similitudine, differentia, comparatione maiorum, minorum, & parium dicamus.

Cic. pro  
Marcell.

Repugnan-  
tia.

Tertul. in  
apolog. 6.2.

Comparata, seu, ut Logicis appellantur, relata ea sunt, quæ se mutua naturalis affectionis consociatione complectuntur, ut datum, accepturn, pater, filius, id enim habent ex sua natura, contra legem cæterorum contrariorum, ut uno polito ponatur & aliud, hoc sublato tollatur. Et ex hac ratione vim in affirmatione, & negatione capiunt. Ut ex quo profecto intelligi potest, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria. Aptæ sunt ista omnino ad aliquid exiliter colligendum, minus ad amplificationis vberitatem valent, quod sit ut ad Dialecticos, qui eadem copiosissime tractant, à Rhétoribus remittantur. Nec plus habent succi, quæ ultimo contrariorum loco recensentur. Contradicentia, quæ nihil aliud sunt, quam opposita, quorum unum negat, alterum affirmat. Itaque simul de eodem, arque eadem ratione, vera esse non possunt. Vim habent ad presse, & subtiliter vrgendum, conuincendoque vehementer aduersarios. Sic Cicero prima Tusculana mortuos non esse miserios probat contra Epicurum, quod esse, & non esse, contradicentia sint, quæ simul vera esse, non possunt, nec falsa. Ergo cum mortui non sint, nec erunt miferi, alioqui simul essent, & non essent. Eo verò acris virgat, quo magis inter se pugnant, ut sunt Repugnantia, quæ nulla certa lege, aut numero disident. Qualia sunt amare, & cruciare, parcere, & saevire, dissimulare, & punire. Hoc loco inuestitus est Tertullianus in dictum Traiani, qui Christianos non quidem inquiri, sed oblatos puniri volebat. O sententiam (inquit) necessitate confusam, negat inquirendos, ut innocentes, & mandat puniri, ut innocentes. Parcit, & levit, dissimulat, & animaduerterit. Quid temetipsum censura circumuenis? si damnas, cur non & inquiris? si non inquiris, cur non & absolvis? Latronibus vestigandis per vniuersas prouincias militaris statio fortitur. In reos maiestatis, & publicos hostes, omnis homo miles est, ad socios, ad concios usque inquisitio extenditur, solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud effectorum inquisitio, quam oblatio. Dæ-

### De similitudine.

Similitudinis locum esse non modo delectabilem, sed vtilem contra Euclidem.

### CAPUT LII.

S Cena est mundus, plena imaginibus, homo ipse imago est, & in imagine pertransit: quid mirum igitur, si rerum similitudinibus, & imitatione delectatur. Fuit illa quidem Euclidis, Magarenis, & aliorum nonnullorum sententia, locum similitudinis, ut profus inutilis de cæterorum albo erendum esse: vel enim quod assertur simile rei, cui accommodatur rectè congruit, vel est ab eius pedoculus. Ratio E. Si primum, cuius tandem (ariebat) simplicitatis est, cum corpus, habeas umbram querere, & rerum soliditate contempta, vanas imagines constari: si alterum, tota similitudo non modò inanis, sed etiam inepta redditur, atque impotunda.

Sed hanc arguti hominis sententiam diluere non est adeò nobis opportum. Fatemur enim similitudines esse congruas rerum imagines, & eas quidem rebus etiam antea perspectis placere, & dum placeant persuadere. Accidit enim saepissime, ut viuum hominem, & spirantem minime miremar, ut viu-